



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

370. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De collectione herbarum. *Ex eodem.*

Concil. Bra-
car. 2. c. 74.
Halitgar. ibid.
Hincmar.
ibid.
Burchard. lib.
10. c. 20.

C C C L X V I I . Non licet in collectione
herbarum medicinalium aliquas observatio-
nes vel incantationes attendere , nisi tantum
cum symbolo divino & oratione dominica , ut
Deus & Dominus noster Jesus Christus ho-
noretur'.

De lanificiis seminarum. *Ex eodem.*

Concil. Bra-
car. 2. c. 75.
Halitgar. ibid.
Hincmar.
ibid.
Burchard. lib.
10. c. 19.

C C C L X V I I I . Non licet Christianas
mulieres vanitatem in suis lanificiis obserbare ;
sed Deum invocent adjutorem , qui eis sapien-
tiam texendi donavit.

De morticinis. *Ex Pœnitentiali.*

Burchard. lib.
19. c. 88.

C C C L X I X . Qui manducat carnem im-
mundam , aut morticinum , aut dilaceratum à
bestia , quadraginta dies pœniteat. Si quis ne-
cessitate famis cogente manducavit , multò
levius pœniteat.

Burchard. lib.
19. c. 106.

C C C L X X . Qui fraudatum , raptum ,
vel furatum sciens manducat ; si pauper est ,
septem dies ; si potens , quadraginta dies pœ-
niteat. Infirmi verò , si sciunt , quindecim
dies pœniteant.

C C C L X X I . Qui comedit & bibit con-
taminatum à bestia domestica , id est , à cane
vel cato , duos dies pœniteat.

De liquore. *Ex eodem.*

Burchard. lib.
19. c. 106.

C C C L X X I I . Si quis dederit alicui li-
quorem aliquem in quo mus vel mustela
mortui sunt , si laicus est , septem dies pœni-